Ludowicus dei gracia Romanorum Imperator semper augustus Prudentibus viris et discretis .. magistris consulum
consulibus et universitati civitatis Hamburgensis suis et Imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum. Constituti coram
nobis honesti viri .. cives Cremonenses suis querimoniis nostre clemencie seriosius proponentes quod vos in preiudicium liberta-
tum ipsis per predecessores nostros Romanorum Imperatores et Reges dictorum concessarum aureaque bulla felicis recordacionis Ludwici
sedis Imperialis bullatarum quod cuilibet vestrum constat ab ipsis contra concessionis et dacionis huiusmodi debitum theolonium recepis-
tis et ab ipsorum rebus et patrimoniis recipere presumpsistis. Unde cum dicti nostri cives Cremonenses certe liberacionis privilegio
quod et nos ipsis eciam aurea nostra bulla confirmavimus sint et fuerint liberati, eadem gracia sive libertate sine contradic-
tione qualibet uti volumus et gaudere ipsosque in eisdem prout decuerit conservare. Inhibentes siquidem vobis nostre fa-
voris et gracie sub obtentu quod vos aut aliquis vestrum nomine contra dicte concessionis et liberacionis nostreque confir-
macionis graciam theolonium ab ipsis aut ipsorum bonis recipiendo venire quomodolibet audeat vel presumat. Datum Nordlingen
in die beati Augustini Regni nostri anno Decimo octavo Imperii vero Quinto.

Cop. W. J. 1903

Hergestellt in der photographischen Abteilung
des Städt. Vermessungsamtes Dortmund.

Rückwärts leicht beschäd. rotes Secretsiegel.

1332 Aug. 28.
St. A. Dortm. Nr. 254.
gedr. D. U. B. I, 490 b